Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



330

11A

corone aureae Et de throno procedunt fulgura et
voces et tonitrua et septem lampades ardentes
ante thronum qui sunt septem spiritus dei Et in con
spectu sedis tamquam mare vitreum similes cri
stallo Et in medio sedis et in circuitu sedis quatuor
animalia plena oculis ante et retro Et animal pri
mum simile leoni et secundum animal simile vi
tulo et tertium animal habens faciem quasi hominis
et Et quartum animal simile aquile volanti. Et
quatuor animalia singula eorum habebant alas senas
et in circuitu et intus plena sunt oculis. Et requiem
non habebant die ac nocte dicentia Sanctus sanctus sanctus
dominus deus omnipotens qui erat et qui est. et qui ven
turus est. Et cum darent illa animalia gloriam et
honorem et benedictionem sup throno sedenti vi
venti in secula seculorum procidebant viginti quatuor
seniores ante sedentem in throno Et adorabant
viventem in secula seculorum amen. S. Johannem
Nullo t. Erat homo ex phariseis nycho
demus nomine princeps iudeorum Hic venit ad
ihm nocte et dixit ei. Rabbi scimus quia ad ve
nisti magr. Nemo potest hec signa facere quae tu facis
nisi fuerit deus cum eo Respondit ihs et dixit ei Amen
amen dico tibi nisi quis natus fuerit denuo non potest videre